SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund) Seite 220r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cena domini

N pcedenti capitulo audiuimus de palmarum die
Conuenit audiamus de cena et sacramento eukaristie
Appropinquante tempore quo xpus voluit subire passionem
Decreuit pmemoriali perpetuo sacramentum instituere comminorem
Et vt nobis sua dulcissima dilectionem demonstraret
Placuit sibi vt seipsum nobis in cibum daret
Sicut olim fuit in manna celi prefiguratum
Cum filius israel de celo in deserto est donatum
Magnam dilectionem dominus videtur iudeis exhibuisse
Sed infinitiues perhibetur magis nobis contulisse
Dedit enim iudeis manna panem materialem et corporalem
Nobis autem contulit panem stabilem et eternalem super
Manna ~~Nunquam~~ dicebatur panis celi nunquam tamen fuit in celo vero
Sed creatum fuit adeo in aere siue in celo aereo
Xpus autem saluator noster est panis verus et viuus
Qui de vero celo descendens factus est noster cibus
Iudeis ergo deus solummodo figuram veri panis contulit
Nobis autem non figuram sed veritatem veri panis tribuit
Notandum autem quod multa fuerunt in manna figuraliter premonstrata
Que in sacra eukaristia sunt consumpmata
Manna celi valde mirabilis nec esse videbatur
Quia in radio solis liquefiebat et a digne indurabatur
Ista eukaristia in cordibus panis euanescit
In cordibus ignitis perdurat et abscedere nescit
Mali enim sumpserunt eukaristiam ad suam dampnacionem
Boni autem ad miram et ad perpetuam consolacionem